Averbach
Iepheti
Ben Eli
Karaitae.

erbach
pheti
n Eli
ritae

IEPHETI BEN ELI KARAITAE

IN PROVERBIORVM SALOMONIS CAPVT XXX

COMMENTARIVS

QVEM NVNC PRIMVM ARABICE EDIDIT

IN LATINVM CONVERTIT

ADNOTATIONIBVS ILLVSTRAVIT

ZACHARIAS AVERBACH ed.

PHIL. DR.

BONNAE MDCCCLXVI

APVD MAX. COHEN ET FILIVM.

IEPHETI BEN ELI KARAITAE

IN PROVERBIORVM SALOMONIS CAPVT XXX

COMMENTARIVS

QVEM NVNC PRIMVM ARABICE EDIDIT

IN LATINVM CONVERTIT

ADNOTATIONIBVS ILLVSTRAVIT

ZACHARIAS AVERBACH

PHIL. DR.

BONNAE MDCCCLXVI

APVD MAX. COHEN ET FILIVM.

VIRO CLARISSIMO

IOANNI GILDEMEISTERO

THEOL. ET PHIL. DOCTORI LITTERARVM ORIENTALIVM IN
VNIVERSITATE FRIDERICA GVILELMIA RHENANA
PROFESSORI P. O.

PRAECEPTORI SVO

Cum autem in eo sim, ut particulam commentarii Iepheti edam, mihi convenire puto, nonnulla de vita et scriptis huius viri praemittere.

Commentator, qui vulgo Iephet[1]) vocatur, ut omnes fere Iudaei inter Arabes degentes duobus praeditus erat nominibus, hebraico et arabico, altero ר' יפת בן עלי הלוי הבצרי (R. Iephet ben Eli Hallevi Habbaçri), altero المعلم ابو على حسن بن على اللوى البصرى (Almuallim Abu Ali Hassan ben Ali Allevi Albaçri); praeterea etiam סעיד יפת (Said Iephet) vocatur, quo nomine fortasse ex ابو سعيد decurtato a filio Levi in commentario in Deuteronomium (*Mukaddima*) et a Tobijjah ben Moscheh (vix. c. 1100) in libro *Iehi Meorot* affertur (cf. Lik. Kad. App. 65 et 96), et cognomine המלמד הגדול *Magister magnus* honoratur[2]). Natus est inter annos 915 et 920 Baçrae, qua de urbe ei cognomen Albaçri inditum est. Iuvenis autem in Palaestinam se contulit et Hierosolymis moratus esse videtur, quae urbs tunc, Iepheto ipso auctore, primaria Karaitarum sedes fuit. Nam in explicatione verborum תמימי דרך *Integri vitae* (Psalm. 119, 1) Iephet narrat, potiorem Karaitarum partem Hierosolymis habitare, exiguam exulem esse et dispersam[3]).

Hadassi in libro *Eschkol Hakkofer* quinque commemorat, coniunctis. *Neubauer:* Aus der Petersburger Bibliothek p. 4 coniicit, auctori sectae cuiusdam fortasse *Kara* cognomen fuisse. Pinsker l. c. טז novam nominis explicationem affert קראים primitus *Vocatores* fuisse, qui alios ad suam sectam advocarent. Et commemorat, Makrisium dixisse, Karaitas sic vocari, quia scripturam sequantur, sed בני מקרא etiam הקריאה — quamquam Makrisi apud de Sacy Chrest. Arab. I p. ١٠v voce الدعوة alio sensu usus est — significare. Quare Pinsker putat primum nomen קראים iis esse datum, qui ad doctrinam propagandam designati erant (Missionare), postea autem omnes sectae socios id accepisse.

1) Praeter eum duo Karaitarum scriptores, quibus nomen Iephet erat, sunt memorandi: יפת הרופא בן סעיד *Medicus Iephet ben Said* et יפת בן צעיר *Iephet ben Çair* cf. Lik. Kad. App. p. 185 et 188.

2) De Iepheti nominibus cf. Bargès: Rabbi Iaphet ben Heli Bassorensis Karaitae in librum psalmorum commeutarii specimen Par. 1846 p. II—VIII. Lik. Kad. קסט App. 181. Fürst l. c. IV. Abschn. Not. 80.

3) واما الموضع الذى يكونون فيه فيقرب فيه ان جلهم يكونون فى

Primum eius opus erat controversia in סעדיה הגאון *Saadia Haggaon* vel سعيد الفيومى *Said Alfajjumi* (obiit a. 942), quae ad nos non pervenit, sed cuius mentio facta est a Iepheto ipso in commentario ad Exodum (35, 1) [1]) et a *Sahl ben Maçliach* (ابو السرى), qui iam in eo erat, ut scribendi finem faceret, cum Iephet scribere inciperet [2]). Quem librum mox secuta est epistola hebraica contra discipulum Saadiae *Iacobum ben Samuel* scripta, quem Karaitae cognomine ignominioso העקש *Fallax* notabant [3]). Praeterea Iephet, antequam commentarios scriberet, grammaticam hebraicam videtur composuisse, ex qua filius Levi in libro Mukaddima supra memorato refutationem interpretationis Iacobi ben Samuel de verbo ותהינו (Deut. 1, 41) laudat (Lik. Kad. App. 65). Postea, quae de grammatica statuebat, accuratius in commentariis disputavit [4]), quam ob rem hic liber tam parvi momenti fuit, ut a posteris ne memoraretur quidem [5]).

ירושלים والمسكين منهم متفرقون في ארץ גלות ولم ששים גבורים conf. Munk: Notice sur Abou'l Walid. Journ. Asiat. 1850 XV. p. 310 Not. 3.

1) cf. Lik. Kad. App. 20 Not. 1, ubi hic locus hebraice affertur; in eo dicit Iephet: וזה כמו שהשבתי על דעתו בספר שחברתי לו.

2) cf. ib. p. 37. Sahl natus est Hierosolymis c. 910. Commentarius eius in Pentateuchum (Sepher Mischneh Torah) saepe in Ahroni ben Ioseph commentario in Pentateuchum (Mibchar) memoratur. In hoc libro (Lev. 15, 20) loci ex Iepheti commentariis mentionem facit, quo Sahl a Iepheto, qui eum *amicorum nostrorum quendam* (بعض اصحابنا) vocat, refutatur (conf. Munk l. c. p. 302). Nec non a Ieschuah ben Iehudah (vix. saec. XI) Sahlii commentarius in Pentateuchum memoratur (Lik. Kad. App. 73—76). Iacob ben Ruben (c. 1020) in libro *Sepher Haoscher* etiam Sahlii commentarium in Danielem affert. Sed Mose Baschiatschi (natus 1554) in libro *Matteh Elohim* commentarium in Pentateuchum solum memorat. Ibn Esra ad Exod. 13, 13 mordaciter Sahlio adversatur. — Sahl et Iephet coniuncti הכהן והלוי vocantur.

3) Publicata est haec epistola Lik. Kad. App. p. 19—25. — In Iacobum ben Samuel iam Sahlius decem controversias scripserat.

4) Munk: Journ. Asiat. 1850 XV 312—327 nonnulla grammatica ex commentariis excerpsit.

5) Neubauer: Aus der Petersb. Bibl. p. 18 Iephetum grammati-

Sed priusquam de commentariis Iepheti disseram, pauca dicam de duobus libris, quos una cum illis fecit.

1) Sepher Hammizvot (ספר המצות) *Liber de praeceptis*, qui hebraica lingua scriptus esse videtur, et quem Iephet in commentario in Samuelem (I, 10, 27) et Danielem (10, 3) commemoravit, ubi se in eo Saadiam aeque ac in commentario in Genesim et Deuteronomium refutasse dixit [1]. Praeterea hoc libro Eliah Baschiatschi (obiit 1491) ad scribendum librum *Adderet Elijjahu* usus est [2].

2) Sepher Injan [3]) Tefillah (ספר ענין תפלה) *Liber de precibus*, in quo Iephet decem capitibus de officio et tempore precandi, de positione corporis in precando etc. loquitur [4].

Insuper collectio sententiarum arabice scripta كتاب الدر المنظوم *Liber margaritarum bene ordinatarum* Iepheto attribuitur [5]; sed num vere a Iepheto scripta sit dubitandum est [6].

Atque vero commentarii Iepheti, qui ad omnes sacrae scripturae libros pertinent, non solum eo memoriae digni sunt, quod Karaitis exemplum habebantur et pleni sententiarum ex antiquioribus interpretibus sunt, sed etiam, quia ex iis multas Saadiae interpretationes, quas accurate citat, cognoscimus, et quia Rabbanitae, praecipue Ibn Esra [7], ei operam dederunt.

Ad tempus, quo commentarii scripti sint, constituendum in iis ipsis quaedam momenta inveniuntur. Narrat enim auctor in commentario ad *Exodum* (12, 2) se eum cyclo 249 chronologiae rab-

---

cam scripsisse omnino negat, ita tamen ut de libro *Saphah Berurah* a Levi ben Iephet citato nihil dicat.

1) وقد اوسعنا الرد عليه في كتبنا منها في בראשית ومنها في וזאת הברכה وفي ספר המצות cf. Lik. Kad. App. 183.

2) cf. Fürst l. c. II p. 139.

3) Nescio qua de causa v. ill. Fürst hunc librum Sepher *Ijjun* Tefillah vocat.

4) cf. Lik. Kad. App. 88, 182, 183.

5) cf. Geiger, Zeitschrift III, 444.

6) cf. Lik. Kad. App. 184.

7) Ibn Esra in commentario suo praesertim ad Exodum Iephetum saepe nominatim affert. Pinsker (Lik. Kad. p. קכב) complures sententias ibi auctore Iepheto allatas Iepheto ben Said esse attribuendas ostendit.

binicae scripsisse[1]), id est inter annos 4712 et 4731 mundi = inter 952 et 971. Quo tempore *Lamentationes* composuerit in explicando cap. 3, 6 indicat, dicens, prophetam hoc versu longum exilii tempus significare voluisse. Addit »a captivitate Iechoniae ad nostram aetatem 1385 anni et a templi secundi excidio 885 anni computantur«. Scriptae ergo Lamentationes sunt anno 954[2]). Ex codice Lugdunensi Batavorum quodam hebraico perspici potest, commentarium in *prophetas minores* anno 1270 Sel. = 958 esse compositum[3]). Subscriptione autem arabica ad commentarium in *Deuteronomium* cognoscere possumus, eum a Iepheto anno 1276 Sel. = 964 esse perfectum[4]). Commentarium ad *Psalmos* Iephet sedecim saecula post exilium Assyricum (גָּלוּת אַשּׁוּר) perfecisse prodit, id est anno 966[5]). Postremus eius commentarius fuit in *Danielem*, cum ex adnotatione ad 12, 1 certiores fiamus, eum tunc ceteros scripturae libros iam interpretatum fuisse[6]). In fine autem commentarii narrat, nonnullos Karaitas finem exilii ad annum 2300 post exitum ex Aegypto = 988 retulisse; post quod tempus iam annos ... praeterlapsos esse[7]). Quibus ostenditur, commentarios Iepheti anno c. 952 inceptos et anno c. 990 absolutos fuisse. Fürstius in libro »Geschichte des Karäerthums« ex quinque momentis annos computavit, quibus singuli Iepheti commentarii confecti sint[8]). Quamquam de plurimis coniecturis ibi allatis consentiam, aptum tamen mihi videtur, duas viri illius doctissimi coniecturas refutare. Altera est, *quinque Megillot* inter annos 971 et 974 esse scripta,

---

1) cf. Munk: Comment. de R. Tan'houm p. 104 not. 1.

2) cf. Bargès: R. Iaphet etc. in libr. ps. com. spec. p. VIII.

3) cf. Fürst Gesch. d. Kar. II p. 128.

4) cf. Lik. Kad. App. 83, quo loco exstat في سنة ארְמֹו, quod Pinsker corrigit ארׄעׄו.

5) Sic Munkius refert in Jost: Israelitische Annalen 1841 No. 10. — cf. Fürst l. c.

6) لانا قد ذكرنا في كل ספר من تفاسير מקרא الذى فسرناه ما احتمله الموضع Lik. Kad. App. 184.

7) Pinsker (Lik. Kad. App. 81) hunc locum sic reddit: וכמו כן הרבה מן הקראים פתרו אלפים וג׳ מאות שנים מיציאת אבותינו ממצרים ועד הקץ וכבר עברו גֹּם מן הזמן הזה שנים. (Numerus annorum deest.)

8) II p. 128 et 129 et IV. Abschn. Not. 100.

quae eo non est accipienda, quia, ut supra memoravimus, Iephet ipse commentarium ad Lamentationes anno 954 se scripsisse narrat. Praeterea Fürstius commentarium ad Proverbia ante commentarium ad Iobem scriptum esse putat. Neque haec res sic se habet, cum in explicatione verborum חכמים מחכמים (Prov. 30, 24) eorum mentio fit, quae in commentario ad verba והחכמה מאין תמצא *Et sapientia ubi invenitur?* iam dicta sint.

Prima cognitio commentariorum Iepheti Munkii operae debetur, cuius cura commentarii ex Aegypto anno h. s. XL Lutetias Parisiorum translati sunt [1]). Ex his Bargès anno 1846 specimen praefationem et commentarium in duos priores psalmos continens et anno 1861 versionem totius psalmorum libri edidit. Munkius ipse anno 1850 in Journal Asiatique Tom. XV ex diversis commentariis excerpta publicavit. Bargès in praefatione libri sui prioris codices quos commemoravi horum commentariorum Iepheti, qui in bibliotheca Parisina servantur, omnes accurate descripsit. Item Pinsker in libro Lik. Kad. (App. p. 183) commentarios, qui in bibliotheca Karaitica Eupatoriensi, quae postea Petropolim translata est, exstabant, enumerat; quorum qui nunc in bibliotheca imperiali Petropolitana sunt, a Neubauero in libro »Aus der Petersburger Bibliothek« (p. 15) referuntur. Ex his libris cognoscere licet ex Iepheti commentariis omnino servatos esse hosce:

1) *Pentateuchus* totus in bibliotheca Petropol. et partes eius in bibliotheca Paris., nempe:
   a) *Genesis*, cuius praefationis tantum pars deest, integra et caput quidem 1—9 et 17 duobus, 10—16 tribus exemplaribus continentur. b) *Exodi* cap. 18, 19, 20. c) *Levitici* cap. 14—21. d) *Numerorum* cap. 13 usque ad finem libri.
2) *Samuelis* et *Regum* libri a Pinskero, sed non a Neubauero memorantur.
3) *Iesaias* et *Ieremias* in bibl. Petropol.
4) *Ezechiel* inter libros, qui in bibl. Eupat. erant, memoratus a Neubauero non affertur.
5) *Prophetarum minorum* pars (*Hosea*, *Ioel*, *Amos*) in bibl. Petrop.

---

[1]) cf. Jost: Israel. Annalen 1841 No. 10. Munk: Comm. de R. Tan'houm p. 104.

6) *Psalmorum* liber in bibl. Paris. et Petrop. Psalmi 1—142 et psalmi 143 versus priores Paris. bis inveniuntur.
7) *Proverbia* in bibl. Paris. et Petrop.
8) *Iob* in bibl. Petrop.
9) *Cantica canticorum* in bibl. Paris.
10) *Daniel* in bibl. Petrop.
11) *Kohelet* et *Rut* in bibl. Paris.
12) *Lamentationes* et *Ester* ibid.

Commentarii autem hebraici in *Exodum*, *Leviticum*, *prophetas minores*, quorum postremus mutilus est, qui in bibliotheca Lugd. Batav. asservantur et Iepheto attribuuntur, Iepheti quidem commentariis in multis respondent, sed etiam multas interpretationes Iepheti ben Said et Ieschuae ben Iehuda continent [1].

Restat, ut breviter dicam, quanti re ipsa commentarii Iepheti, quos a Karaitis pretiosissimos haberi iam memoravi, existimandi sint. Disciplina, qua auctor in commentariis utitur, parvi est pretii, cum ad sensum singulorum locorum demonstrandum multis verbis veram aut fictam verborum et versuum significationem explicet, omnia autem iudicia philosophica omittat, metuens, ne iis religionem laedat. Memorandum est, Iephetum in interpretandis locis non satis claris tredecim legibus logicis, quas Mischna docet, usum esse, ut ipse in epistola ad Iacobum ben Samuel dicit verbis: והתורה על הפשטים בכלל אמורה ובפלאו חקים ומשפטים בשלש עשרה מדות לחקרה. Interdum etiam voces difficiliores grammatice explicat; sed facile est intellectu, obiter tantum illum grammaticae operam dedisse. Mentionem facio explicationis verborum איתיאל (Prov. 30, 1) et איתם (Ps. 19, 14), quae in hoc libello (pag. 10) affertur. Praeterea apparet, maxime ei sententias explicare cordi fuisse, quo lectores maiorem utilitatem percipiant, quam ex explicandis verbis solis. Causa autem, de qua Iepheti commentarii tanti apud Karaitas sunt, in eo esse videtur, quod in iis omnes vires ad doctrinas suas de rebus divinis defendendas intendit omnesque adversarios, Muhammedanos, Christianos, Rabbanitas ipsasque sectas Karaitarum minores graviter refutavit. Acerbitas eius contra Christianos et Rabbanitas iam ex hoc in Prov. cap. 30 com-

---


[1]) cf. Munk: Comm. de R. Tan'houm p. 104 not. 2. — Lik. Kad. App. 84—88. — Fürst Gesch. d. Kar. II p. 136.

mentario perspici postest. Pinsker in libro Lik. Kad. p. כו locum attulit ex commentario ad Deuteronomium 30, 2, in quo leges contra sectas Iudghanitarum et Schadghanitarum, quae multas leges praeter eas, quae ad certum temporis spatium data sint, exulibus non esse observandas putant, defendit verbis: וזה הדבור מן משה עה״ש יהרס דבר האומר שאין עלינו בגלות מצוות והם היודגאניים והשאדגאניים. Acerrime autem Muhammedanos invehitur, multosque locos ita interpretatur, ut iis Muhammedes et Koranus concontumelia afficiantur, quod e. g. ex commentario ad verba הבוגד בוגד והשודד שודד (Ies. 21, 2), a Neubauero (Aus der Petersb. Bibl. Not. XI) et ad Ies. 47, 9 et 10, a Pinskero (Lik. Kad. קנה et קוס) hebraice et a Fürstio (Gesch. d. Kar. II. 130) germanice allato perspiciendum est.

Particulam quam edo humanitati debeo v. cl. Gildemeisteri, qui eam e codice bibliothecae imperialis Parisinae nunc numero inter Hebraicos 292, olim *Suppl. Hebr.* 39 insignito a se literis hebraicis descriptam mihi, in qua vires pericliter, tradidit. Codex ille folia formae quartanariae 232 complexus sine anni indicio, sed fortasse circa annum 1670 scriptura hebraica cursiva ea exaratus est, qua Karaitae utuntur, a nostra satis diversa; ipsa tantum hebraica verba, quae singulorum commatum interpretationi arabicae praemitti solent, plerumque formis quadratis exhibentur. Puncta, quibus apud Arabes distinguuntur consonantes, ut צ et צ̇, perraro addita sunt; discerni vix possunt aut ab ipso librario permutatae sunt literae ד et ר, ב et כ, ה et ח, ו et י et ז, נ et י, נ et ג, א et ח, צ et ב et יב, ני et גז. Cum haec scriptura rarissima sit neque inter specimina *Steinschneideri Catalogo codicum Hebraeorum bibl. Lugd. Batav.* adiecta inveniatur, aptum duxi eius imaginem hic inserere. (Locus, qui in imagine exhibetur, reperitur pag. 11.) Cui adieci signa, quibus in hoc codice nomen dei contractum ׳יי notatur[1]). Librarius, isque arabici sermonis

[1]) Bargès ea vult ex יוי orta esse. Sed apparet, formam principalem, ex qua reliquae originem duxerunt, eam fuisse, quam sub No. 1 posui et quae in primo codicis folio legitur, atque ex ea reliquas derivatas et deformatas esse. Sed lineae duabus jod inclusae eaeque ad ornamentum tantum additae nullam cum literae vav formis variis similitudinem habent.

שלמה למעני ושלום ישקה אתו על כל ישראל
ברוסטו' ופסנאה ירידה לאן אלה חבה בקן ולם אהם
ופסאה אער' מן חית תנה מכתב אשי אסמאו
אי מעצמ ישתק מן לר' אגרה' בקין מחנה
חבל לה מן כל מן אסטן אצלו אחבשלם



ut apparet satis imperitus, quam parum accurate versatus sit, iam perspici potest ex commatis illis hebraicis neglegentissime repetitis, quae ego in edendo omisi, cum talia menda cognoscere neminis interesse posset; quantum in arabicis describendis peccarit, lectiones codicis a me diligenter exhibitae demonstrant. Inter errores sunt, qui referri non possunt nisi ad literarum arabicarum similitudinem, ut ثلاوته in commatis 12 interpretatione pro قذارته, تنتان in commatis 15 interpretatione pro بنتان, اجياد et جيد in commentario ad comma 14 pro اجيال et جيل posita. Unde apparet, librum olim arabicis literis exstitisse depictum. At plerique errores ex hebraicarum literarum, qualis in hoc scripturae genere fieri potest, permutatione derivandi sunt, ut in commentario ad comma 6 מע pro מני, יאלק pro יחלק scriptum est etc. Itaque verborum emendandorum frequentissima data erat occasio, qua in re ita egi, ut omnes codicis lectiones, etiam quae facile corrigi potuerunt, accurate indicarem, quo de codicis conditione meaeque emendationis tum necessitate tum probabilitate et cum literarum ductibus convenientia indicari posset. Fortasse nonnulli loci invenientur, in quibus coniecturae magis indulgere debebam. Quae autem ad vulgarem sermonis arabici usum spectant, delere nolui, cum quid Iepheto ipsi, quid librariis debeatur, discerni non posset; ea igitur ita notavi, ut quae linguae ratio postularet lunulis inclusa insererem.

1 خطب المجموع بن المتقيئ وهى[1]) قصة رسمها[2]) قال الرجل فى
ايسيّة القادر واستطيع[3]) ،
2 فقد كنت جاهل (جاهلا) من الناس ولم يكن لى فهم الانسان ،
3 ولا اتعلم الحكمة ومعرفة الخواص[4]) اعرف ،
4 من صعد الى السماء وانحدر من حشر[5]) الريح بحفنتيه[6]) من صرّ الماء
بالثوب من اقام كل اقطار الارض ايش اسمه واسم ابنه ان كنت[7]) تعرف ،

[1]) cod. ותי [2]) ברסאהא, quod verbum corruptum esse videtur.
[3]) ואסתטאע [4]) אלבגאץ [5]) חישר [6]) בחפניתה [7]) כית

---

1) *Verba Collecti, filii Vomentis, expositio, quam conscripsit* [1]). *Dixit vir de dei potentis veritate* [2]) *et possum.* 2) *Insipientior fui hominibus et intellegentia mortālium mihi deest.* 3) *Neque disco sapientiam neque novi notitiam procerum* [3]). 4) *Quis ascendit in coelum et descendit? quis collegit ventum pugnis? quis constrinxit aquam veste? quis constituit omnes tractus terrae? quod nomen ei est? quod*

[1]) In cod. hoc loco scriptum est: ותי קצה ברסאהא, quod correxi ex vers. 1 cap. XXXI, quem Iephet sic interpretatur: خطب למואל الملك وهى قصة دونها فى سفره الذى ادبته امه; vox قصة hic *expositionem* significare videtur.

[2]) ايسيّة a verbo ايس *est, exstat* formatum est. Simili modo sec. Munkium (Journ. Asiat. 1850 XV p. 324) Iephet Psalm. 19, 14 vocem איתם arabice reddit: ايسهم et dicit: وعبرت איתם ايسهم من لغة الترגום مثل ולא איתי די ימחה בידה: איתי גבר במלכתך وفى العبرانى לאיתיאל ואכל وهو תרגום יש. Vocem יש plerumque arabice reddit ايس cf. Bargès: Liber Psalmorum (Paris 1861) Ps. 7, 3; 14, 2; 58, 11; 73, 11.

[3]) Vox בגאץ (بغاض) *ōsor*, quae in codice scripta, a sensu loci aliena est. Quare eam correxi in כואץ *proceres (angeli)*, quos Iephet voce קדשים spectari vult. Similiter vocem כואץ Ies. 65, 5, quem locum in fine commentarii ad v. 10—14 affert, usurpat. Prov. 9, 10 vocem קדשים ad deum ipsum refert et sic interpretatur: ابتداء الحكمة مخافة الله ومعرفة الالاه القديسين الفهم.

5 كل اقاويل الله مسبوكة ومثل الدرقة هو لكل المستكنين[1]) به ؛
6 لا تزيد (تزن) على خطبه لئلا يوبخك وتنقطع بيده ؛

قوله דברי אגור ينتهى الى דברי למואל واגור هو שלמה وله خمسة اسماء وهى שלמה ידידיה[2]) אגור למואל קהלת وكل واحد من هذه[3]) الخمسة اسماء له معنى فسماه[4]) שלמה لمعنى ושלום ושקט אתן על ישראל[5]) בימיו وسماه ידידיה[2]) لان الله حبه كقوله ייי אהבו وسماه אגור من حيث انه مثل الشىء المجموع الى موضع يشتق من لغة אגר[6]) בקיץ كانه حصل له من كل فن من فنون[7]) العلوم اعنى علم دنياوى وعلم دينى وسماه هاهنا بهذا[8]) الاسم اعنى אגור لانه يشاكل الفصل وسماه למואל لانه خليفة الله فى الارض كما سنشرحه[9]) فى موضعه وسماه קהלת لانه جمع اليه كل حكماء العالم ليسمعون

1) אלמסתכנין 2) ידידה 3) הדא 4) פאסמאה 5) על כל ישראל
6) אגרה; fortasse אגרה בקציר legendum est cf. Prov. 10, 5 et 6, 8.
7) אלפנון 8) בהאה 9) סנסרחה

---

nomen filio? si novisti. 5) *Omnia dicta dei liquata sunt, et ipse tamquam scutum omnibus est, qui in eius tutela esse volunt.* 6) *Nihil adde eius verbis, ne tibi minetur et delearis ab eo.*

Verba דברי אגור pertinent usque ad דברי למואל. Agur est Salomo, cui quinque sunt nomina: Salomo, Iedidjah, Agur, Lemuel, Kohelet [1]), quibus singulis significatio propria est. Salomo enim nominatur ex sententia: *Pacem et quietem Israeli dabo eius diebus* (I Par. 22, 9); Iedidjah, quia deus eum amavit, ex verbis: *Dominus eum amavit* (II Sam. 22, 24); Agur nomen ei datum est, quod similis erat rei in unum locum congregatae et translatum est de voce: *Collegit aestate* (Prov. 10, 5), quasi ei obtigerit ex omnibus disciplinis, scilicet scientia rerum humanarum et divinarum, aliquid, et hoc quidem loco Agur appellatur nomine ad capitis argumentum apto. Lemuel vocatur quia dei vicarius fuit in terra, ut suo loco (Prov. 31, 1) declarabimus, et Kohelet, quia ad se convocavit omnes sapientes mundi, ut suam sapientiam audirent, ut deo adiutore in exordio libri Kohelet declarabimus.

1) Midrasch Rabboth ad librum Kohelet 1, 1 Salomoni tria nomina attribuit: Iedidjah, Kohelet, Salomo, quibus R. Iehoschua quatuor addit: Agur, Iakeh, Lemuel, Itiel.

(ليسمعوا) حكمته كما سنبين ذلك في صدر קהלת بعون الله ،
وقال בן יקה فاما ان يكون يشير به الى דוד عم لانه كان ايضا
حكيم (حكيما) وكان يقول مزاميره[1] ברוח הקדש وهو الهام وשלמה
كان بهذا الوصف ايضا او قال[2] יקה فمثله بمن[3] يقذف ما في امعائه
اذا اكتنزت[4] في معدته فكذلك كان العلم يستتر[5] في قلبه فيقوله
ويكرّر به عمد (عمدا) بسرور الهمائم[6] ، وقال המשא وهى لفظة[7]
تستعملها اللغة في النبوة ولما كان يقول حكم (حكما) ברוח הקדש قال
המשא ويتجه ايضا في تفسير המשא قصة ومثله משא אשר יסרתו אמו
كانه قال דברי אגור وعرف انها قصة دوّنها[8] بعد משלי שלמה ، وقوله
נאם הגבר يشير به الى אגור المقدّم ذكره ، وقوله לאיתיאל عرف ان
هذا الخطب هو (هذه الخطبة هى) في معنى ايسية الخالق ولا غيره

1) מזאמה 2) וקאל 3) פמן 4) כתרת 5) sic cod. יסתר; fortasse يستتر legendum est. 6) אלהמאים 7) לפטה 8) דוינהא

בן יקה. Haec verba aut spectant ad Davidem, qui et ipse sapiens erat et psalmos afflatu divino, qui רוח הקדש vocatur, condidit, quod idem de Salomone valet; aut huic ipsi attributum est nomen Iakeh, quo comparatur ei, qui in stomachum sumpta evomit, si in intestinis nauseat; eo fere modo scientia in corde eius abscondita est et renunciat eam et de industria repetit allevans sollicitudines[1]). Tum dicit המשא, quam vocem lingua usurpat ad significandam prophetiam, et quia sententias afflatu divino pronunciavit, hac voce uti licebat; sed fieri quoque potest ut vertatur expositio; ita est in loco simili: 31, 1, ac si dixisset דברי אגור. Docet auctor, eam esse expositionem, quam post Proverbia Salomonis scripto mandaverit. Verbis נאם הגבר spectatur ad דברי אגור, cuius modo mentio facta est. Voce לאיתיאל indicat, hoc sermone demonstrari esse creatorem neque alium praeter eum[2]). Repetitur vox לאיתיאל,

1) Aliter censet Midr. Rabb., quamquam vocem יקה similiter interpretatur. Dicit enim: יקא שהיה מקיא בדבריו כספל הזה שמתמלא בשעתו ומתפנה בשעתו כך שלמה למד תורה בשעתה ושכחה בשעתה.

2) Vid. pag. 10 not. 2. Interpretatio usitata vocis איתיאל est: אתי אל *mecum est deus*.

وقال לאיתיאל مكرّر (مكرّرا) فالاوّل هو في معنى ايسية الخالق ولا
غيره لانه القديم[1] لذاته لم يزال (يزل) ولا[2] اوّل له والكل أُحدث[3]
غير قديم ولאיתיאל الثاني اراد به انه الموجود بعد وجود العالم لا
يزول هذه[4] اللفظة لم يختلف احد ممن يقول بالخالق انهم يقولون[5]
ايس وان كان قد يختلفون في انه عالم قادر فذكر الحكيم لفظة لا
ينكرها احد من الموحّدين بل الكل يثبتونها وقال ואכל اراد به انّي
اقدر اقيم على ايسيته دليل (دليلا) وبرهان (وبرهانا) وقد ذكر الدليل
على ذلك فقال כי בער אנכי מאיש قال انا اعلم ذلك من حالي وهو اني[6]

1) cod. distincte אלקדום, neque אלקדוס, ut cl. Munkius dedit, Journ. Asiat. 1850 XV p. 324. 2) sic cl. Munkius כמא, ut in cod. scriptum est, correxit, ibid. 3) sic cod. אחדת; cl. Munkius praebet محدّث 4) הדא 5) יקתלוך 6) אנה

---

ut priore significetur, esse creatorem neque alium praeter eum, quia natura sua aeternus est, qui finem non habuit[1]), ante quem nihil erat, quia universum creatum neque aeternum est. Altero autem לאיתיאל affirmatur, illum postquam mundus evanuerit, mansurum nec unquam finem habiturum. De hac voce discrimen non est inter eos, qui de creatore persuasi sunt, ut eum esse credant, quamquam iam differant de quaestione, num ille sciens et potens sit. Iam autem sapiens usus est voce, quam inter eos, qui deum unum esse profitentur, nemo negat, omnes agnoscunt. ואכל vult: afferre possum demonstrationem et argumentum, quo probatur deum esse, et de hac re argumentum affert verbis כי בער אנכי מאיש, quae sic intelligenda sunt: Ego haec scio ex con-

1) Haec verba repugnant inter se. Nam auctor priore לאיתיאל vult affirmari, deum initium non habuisse, posteriore eum nunquam finem habiturum. Praeterea قديم semper deus aeternus est, qui initium non habuit, cui opponitur أزلي, quod significat deum aeternum, qui finem non habet. Insuper hic verbi زال imperf. يزال formatur, omnibus aliis autem quos novi locis (etiam in interpretatione Psalmorum, ut Ps. 101, 4) Iephet formam يزول adhibet, ut statim in explicatione secundi לאיתיאל. Quare verisimile est, Iephet aliud verbum scripsisse, quo diceretur: *qui initium non habuit.* Etiam كما illud, quod in ولا mutare vix licet, indicare videtur, verba non esse integra.

كنت بالامس جاهلا [1]) بالعلوم الغامضة والجلية وصرت اليوم عالم (عالما)
بالجموع ولم اتعلمها من معلّم ولا من كتاب ولكن [2]) إافعل انا ذلك فى
نفسى وهذا شئ يعلم به الناس ولا ينكرونه لانى [3]) صغير السن مملوٌ
من العلوم ويجئ الىّ كل فيلسوف وكل عالم قد قرأ على العلماء وتعلم [4])
العلوم الغامضة مثل حياة الفلك وخواص الجواهر والنبات [والعلوم]
والحيوان وسائر العلوم الدقيقة ليسمع منّى ويتعلم ما اقوله فدلنى ذلك
ودلهم على ان ثم فاعل ذلك غير مخلوق وقد شرح ذلك الكتاب فى
ספר מלכים بقوله ויתן אלהים חכמה לשלמה وقال فيه ויחכם מכל אדם:
וידבר שלשת אלפים: וידבר על העצים وقال ויבאו מכל העמים לשמוע את
חכמת שלמה [5]) وقال וכל מלכי הארץ מבקשים את פני שלמה فعرف انهم
ارادوا ان ينظروه ويسمعون (ويسمعوا) كلامه لانهم تعاجبوا من اخباره
التى كانوا يسمعون عنه فقال انظروا [6]) لنفسى مملو (مملوءًا) من الحكمة
ولمعارف بعد ما لم [7]) اكن احسن شيئًا منها ولا تعلمت من احد ولا

1) גאהלה 2) ולא 3) לאנה 4) ומעלם 5) לשלמה 6) אך נטרו 7) לא

---

ditione mea; nam ego heri ignarus fui disciplinarum et arcanarum et pervulgatarum et hodie omnium sciens evasi, neque has a magistro aut ex libro didici, sed in me ipso haec efficio, quod quidem homines sciunt neque negant; nam quamquam adolescentulus sim, loquor tamen plenus scientia et adeunt me omnes philosophi et omnes docti, qui praeceptoribus usi disciplinas arcanas didicerunt, ut vitam orbis coelestis et proprietates lapidum, plantarum et animalium et reliquas disciplinas subtiles, ut audiant a me et discant quae dicam, atque hoc et mihi et iis demonstrat, eum, qui talia fecerit, non esse creatum. Et hoc quidem declaratum est in libro regum verbis: *Deus sapientiam dedit Salomoni* (I Reg. 5, 9) et ibidem dicitur: *»Sapientissimus erat omnium hominum«* *»et dicebat tria milia etc.«* *»et dicebat de arboribus* (I Reg. 5, 11, 12, 13) et dicitur: *Omnes reges terrae desiderabant faciem Salomonis* (II Par. 9, 23), quibus omnibus docetur, illos cupiisse videre Salomonem et audire eius sermonem, admiratione impletos ob rumores, quos de eo audiebant. Et dicit quidem auctor: Me contemplamini plenum sapientiae et scientiae, quamquam neque

قرات كتاب عالم هو احد الدلائل على ايسية الخالق • وقوله ודעת
קדשים אדע يشير الى الخالق الذى هو אלהים קדשים واراد به علم
(علما) مضاف (مضافا) ليس هو استنباط (استنباطا) فيكون فيه شيء
من الغلط ثم بعد ان استدل على ايسية الخالق من احوال نفسه
وكذلك مثله سائر الناس وسائر الحيوان الذى قد جعل فيهم سببًا
من الحكمة ليس يستعملها من احد كما تقدم به الشرح ثم قال מי
עלה שמים וירד فذكر اربعة اشياء السماء والريح والماء[1]) والارض فقال
من صعد الى السماء ونزل منها ولم يقل من خلق السماء وكذلك قال
فى الريح מי אסף רוח وقال فى الماء מי צרר מים ولم يقل من خلقها
ان كان غرضه فى ذلك [كان] احد الرد على من يتعاطى علم (علما)
لم يذكره سليمان ع٘آلس وهو من بعض حكماء[2]) الامم يذكر مساحات
ومقادير ليس لها اجل وهى غير صحيحة فقال من صعد الى السماء
ونزل حتى اخبرهم بمساحات الافلاك ورفعها حتى انهم قالوا مساحات[3])

1) ואמא 2) רב מא 3) מסחאת

---

aliquid eiusmodi bene callebam neque didici ab aliquo neque legi librum sapientis; hoc unum ex argumentis est, quae demonstrant esse creatorem. Verba ודעת קדשים אדע spectant ad creatorem, qui est אלהים קדשים. Indicat iis scientiam [ad deum] referendam neque spontaneam, ita ut in ea erroris nihil insit. Deinde, postquam monstravit esse creatorem ex sua ipsius conditione, (et hac in re aequant eum ceteri homines et animalia, quibus ille tribuit aliquid sapientiae, qua nemo utitur, ut iam supra explicatum est) pergit: מי עלה שמים. Commemorantur quatuor res: Coelum, ventus, aqua, terra. Dicit autem auctor: *Quis ascendit in coelum et descendit de eo?* neque: *quis creavit coelum?* itemque de vento: *quis collegit ventum?* de aqua: *quis constrinxit aquam?* et non: *quis ea creavit?* quia sibi proposuit, acriter refutare tales, qui studuerunt scientiae a Salomone non memoratae; tales enim sunt quidam e philosophis gentium, qui sine causa dimensiones et quantitates commemorant, quae haud verae sunt. Ideo dicit: *Quis ascendit in coelum et descendit,* ut hominibus dimensiones orbium coelestium et earum altitudinem indicare posset, ita ut iam dicen-

الفلك الفلانى كذى وكذى وبين الفلك الفلانى وبين الذى فوقه كيت وكيت على مثل ذلك فعرف أن قولهم هذا[1]) باطل لان الله لم يعرفهم[2]) ذلك وما منهم احد صعد[3]) ومسح الافلاك[4]) واخبر الناس بمساحاتها وكم بين كل فلك وفلك واوقف[5]) الناس على ذلك وكذلك ايضا من ضم الريح بحفنتيه وعرف مقداره وكذلك من صر الماء بثوبه وكذلك من هذا الذى بنا الارض وطرح اساساتها [ورفعه[6])] وعرف عمقها واخبر الناس فيقفوا على كمية الارياح ومقاديرها[7]) وكمية الماء ومقداره[8]) وعلى رفعة[9]) الفلك وعمق الارض وقال النبى الاخر אם ימדו שמים מלמעלה ויחקרו מוסדי ארץ למטה فعرف انه لا سبيل الى ذلك فقال اذا كان ليس فى المخلوقين من صعد الى الافلاك وانحدر ولا[10]) من ضم[11]) الارياح ولا من حصر[12]) الماء ولا من اقام اساس الارض وجهاتها فمن اين يقف[13]) على ذلك ويدعيه ثم قال מה שמו ומה

1) אדא 2) יערפה 3) cod. distincte בעד 4) אלפלך 5) ואוקאף
6) ורפעה hic alieno loco est; inserui hanc vocem, ו abiecto, inter עלי et אלפלך 7) ומאקדירהא 8) ומקדארהא 9) vid. not. 6.
10) ולם 11) ימץ 12) יחצר 13) וקף

---

dum sit: *dimensiones orbis cuiusdam illae et illae sunt,* et similiter: *inter orbem quendam et superiorem hoc vel illud spatium est;* atque talia verba vana esse docet, cum deus illos ea non docuerit, et nemo eorum sit, qui ascenderit et orbem coelestem dimensus sit hominibusque indicaverit eius dimensiones et spatium inter singulos orbes et homines talium rerum certiores fecerit. Deinde eadem ratione: *Quis collegit ventum pugnis suis et novit eius quantitatem?* item: *quis constrinxit aquam veste sua?* itemque: *quis est, qui terram struxit eiusque fundamenta iecit* et novit eius profunditatem narravitque hominibus, ut certi sint, quot et quanti sint venti, quam altus orbis coelestis, quam profunda terra. Etiam alius propheta: *Si mensura,* inquit, *iniretur coeli supra et fundamentorum terrae infra* (Ierem. 31, 37), quo docet nullam illuc esse viam. Atque ita dicit: Cum nemo mortalium sit, qui in coelum ascenderit et redierit aut ventos collegerit aut aquam constrinxerit aut fundamenta et regiones terrae stabiliverit, unde id scire aut eam scientiam sibi vindicare potest? Tum pergit: *Quod nomen ei est? quod*

שם בנו כי תדע يعنى ان كان ثمّ من يدعى انه فعل فينبغى ان
يكون اسمه مذكور (مذكورا) مشهور[1]) (مشهورا) ومن هو ابنه الذى
نقل عنه وقال انا رايت ابى او سمعته يقول انى صعدت الى السماء وحصرت
الماء وهنأت[2]) الارض فقال قل[3]) ذلك ان[4]) كنت تعرف[5]) ذلك واراد
بذلك ان لا احد يقول بهذا[6]) ولا احد يخبر بذلك فبقى قول
القائل انه قد عرف مساحة الفلك والارض ومقادير الارياح والماء
والارض دعوى ويتعاطى ما لا يعرف، ثم بعد ان اثبت الخالق وابطل
دعوى القائلين انا نعرف مساحة العالم وغوامض الاشياء التى لا يعرفها
غير خالقها ذكر الشريعة التى لها خلق العالم[7]) فقال כל אמרת
אלוה צרופה يعنى ليس فيها غش ولا فساد ومثله قال דוד ع‌آلس האל
תמים דרכו فجعل الشريعة بعقب ذكر التوحيد لانه يجب على كل
موحد قبول الشريعة ومثل ذلك قال דוד ع‌آلس השמים מספרים כבוד
אל فذكر الدليل على اثبات الخالق وقال بعده תורת יי' תמימה وتمام

1) מסתור 2) ואנאת 3) קאל 4) ואן 5) סיערף 6) באחד
7) אלעלם

---

nomen filio suo? si novisti; quod est: si quis ibi est, qui glorietur se haec fecisse, oportet, nomen eius memoretur et notum sit, et quis filius, qui eius facta narrans dixerit: »Vidi patrem meum« vel: »audivi eum dicentem: Ego ascendi in coelum et collegi aquam et institui terram.« Verbis autem *dic haec, si novisti* vult, neminem esse, qui talia contendere et narrare possit. Quare sermo eius, qui dicit, se nosse dimensionem coeli et terrae et quantitatem ventorum et aquae et terrae, iactatio est; rebus operam dat, quas nescit. Tum, postquam demonstravit esse creatorem et iactantiam eorum, qui dicunt, se nosse dimensionem mundi et arcana rerum, quae nemo scit nisi eorum creator, redarguit, legem, propter quam mundus creatus est, commemorat verbis: *Omnia dicta dei liquefacta sunt,* quo docet, iis neque mendum neque vitium inesse. Eadem ratione dicit David: *Via dei integra est* (Psalm. 18, 31). Commemoratae autem unitati dei legem adiungit, quia cuivis unum deum confitenti lex agnoscenda est. Qua ratione etiam David, postquam dixit: *Coeli enarrant maiestatem dei* (Psalm. 19, 2) commemorat argumentum, quo demonstratur esse creatorem, his

الفصل، ثم قال מגן הוא לחוסים בו ومثله قال דוד אמרת יי׳ צרופה מגן
הוא واراد به ان الله يدرّق عن اوليائه وعباده المستكنّين به المتكلين[1])
عليه وقصده في ذلك الى יום הדין الذى يعاقب الله الطالحين فيه
ويثوّب الصالحين، ثم قال אל תוסף על דבריו فاراد به لا تزيد (تزد)
على ما كتبه في شريعته وهى גדלת ונפלאות מפני אדם وفيه ايضا لا
تزيد (تزد) على فرائضه نظير قوله לא תסיפו[2]) על הדבר لكن[3]) اختصر
عن ذكر النقصان[4]) وقال في التורה ולא תגרע ממנו[5]) من حيث انه
بزيده[6]) في معنى ما قدم[7]) ذكره، فجمع في هذا الفصل ذكر التوحيد
والشريعة ויום הדין الذى يجمع الثواب والعقاب فقال في الثواب מגן
הוא לחסים בו وقال في العقاب פן יוכיח בך ונכזבת فعرف ان الله

1) ללמתכלין 2) תסיף 3) לא כן 4) אנקצאן 5) מנהא
6) אנהם יזיד 7) קדמו

---

verbis: *Lex dei integra est* usque ad finem commatis. Sequuntur verba: *Scutum est iis, qui in eius tutela esse volunt*, et eodem modo dicit David: *Dicta dei liquefacta sunt et ipse scutum est*, quo declarare vult, deum tueri[1]) cultores et servos, qui in eius tutela esse velint eique confidant. Spectat autem diem iudicii, quo punibit deus iniustos et remunerabitur integros. Porro dicit: *Ne adde eius verbis*, quo vult: Noli addere iis, quae in lege sua scripsit, nam *hominibus nimis magna et mirabilia*[2]) sunt; neque minus: Noli addere ab eo statutis, secundum eius dictum: *Nolite addere verbo* (Deut. 4, 2). At brevitatis causa a commemoranda deminutione abstinet. In lege dicitur: *Nolite eam deminuere* (Deut. 13, 1), quod additum est idem significans atque antea commemorata. Atque in hoc commate una commemorantur unitas dei et lex et dies iudicii, qui coniungit praemium et poenam: et quidem praemium indicatur verbis: *scutum est iis, qui in eius tutela esse volunt*, et poena verbis: *ne tibi minetur et delearis ab eo*, quo docetur, fore,

1) Verbum درّق a درقة formatum lexicis addatur.
2) Verba גדולות ונפלאות מפני אדם non inveniuntur. Sed haud dubie meminit auctor Psalm. 131, 1: ולא הלכתי בגדולות ונפלאות ממני.

يطالب من يزيد على كلامه ويدعو دعاوى لم يقيم (يقم) عليها دليل
(دليلا) فينقطع بيده ابعَدَ(?) [1]) الانقطاع للعقوبة [2]) لا محالة؛
7 مسألتين سألتك [3]) يا ربّ [4]) ان تفعلها معى لا تمنعها منّى قبل ان
اموت؛
8 الكذب وقول المحال ابعدت عنّى ولا تعطنى [5]) الفقر واليسار ارزقنى
خبز قوتى؛
9 لئلا [6]) اشبع واجحد واقول من الله والا افتقر فاسرق [7]) واضبط باسم الهى [8])؛
لم يقل سليمان هذا القول عن نفسه اذ لا يجوز ان يكون [9]) الملك
بهذا الوصف ان يسئل الله فى القوت لا يزيد عليه وانما هو قول
للرعيّة يسئلون الله ذلك وقد وجدنا عالم (عالما) من الناس ينعم الله
عليهم فلا يجحدون [10]) نعم الله تع ولا يستخطونه [11]) وكذلك وُجد فقير
امين تقىّ [12]) صابر على فقره شاكر الله [13]) تع على ذلك فليس שלמה

[1]) יבעד בידע [2]) אלעקובה [3]) שאלתך [4]) כב [5]) תעטים
[6]) לאלה [7]) פאסדך [8]) אלאהי [9]) כון [10]) יגחדו [11]) יסתכטנה
[12]) תקה (ثقة), quod minus ad rem facere videtur. [13]) אלאלה

ut deus rationem reposcat ab iis, qui addiderint eius verbis et affirmationes protulerint, quas non possint demonstrare, ita ut prorsus perdantur poenamque necessario luant.

7) *Duo, o domine, abs te optavi optata mihi explenda, quae mihi ne recuses, priusquam moriar.* 8) *Mendacium et falsi locutionem a me removeas, neve mihi tribuas paupertatem et divitias; da mihi panem sufficientem.* 9) *Ne satiatus infitier aut dicam: quis est deus? neve ad paupertatem redactus furer et me fulciam nomine dei mei.*

Salomo haec non dicit de se ipso; nam rex ita describi non potest, ut deum roget, ut se nutriat, nil aliud addens. At potius populo haec tribuenda sunt, qui ea a deo petit [1]). Atque reperimus nonnullos homines a deo beneficiis adiutos, qui non negabant beneficia dei optimi maximi neque adversus eum ingrati erant [2]); itemque inventi sunt pauperes constantes, pii, paupertatem patien-

[1]) Similiter Midrasch Schocher Tob.: וכי עלתה על דעתך ששלמה המלך דובר שקרים או גונב או נשבע לשקר אלא הוי אומר שנתן חכמה לדורות כדי שלא לעשות.

[2]) Usus hic formae VIII verbi سخط in lexicis non affertur.

جاهل (جاهلا) يقول هذا القول بعد تحصيل والتخريج فى ذلك هو
انه يجب ان يكون هذا القول فيه استثناء[1]) وهو انه اراد به ان
علمت يا رب منى[2]) عن الوقت انى ابطر[3]) واجحد نعمتك فلا ترزقنى[4])
فوق القوت والحاجة وكذلك ان علمت[5]) منى انى اذا افتقرت ولم
يفى (يف) كسبى وتصرفى[6]) بالقوت والحاجة[7]) وانى اسرق واعصيك
فلا تفقرنى[8]) وذلك انه قد يجوز ان[9]) يعيز الله من يعلم انه قد
يعصيه اذا افقره وينعم على من يعلمه انه يعصى ويكفر[10]) بنعمته
وليس ذلك ظلم (ظلما) لانه ليس الغناء والفقر علة للمعصية وانما
ذلك من اختيار العبد الا[11]) ترى انه فى الموجود غنىّ وفقير وطائعون
الله ليس يجوز ان يقبل الله مسئلة العبد فى ذلك وان كان ضد
(ضدا) له[12]) لا يجب ذلك لكنه يجوزه اذا سأل ذلك العبد الصالح
فان قال قائل اليس الوليّ قال مثل ذلك ונתן לי לחם לאכל ובגד قلنا له

1) פידהא אסתתני 2) אני 3) אנטר 4) מרזקני 5) עך ואלמות
6) ותשרפי 7) אלחאגה 8) תעקדני 9) vox ان desideratur in cod.
10) ויפכר 11) אלי 12) cod. distincte ינדלה pro צד לה

ter ferentes, pro ea deo gratias agentes. Neque Salomo inconsultus est: dixit haec postquam iudicii summam fecit. Et declarandum est hoc ita, ut necessario exceptionem contineat et sibi velit: Si scis, o domine, me unquam fore petulantem et negaturum beneficia tua, ne mihi da plus alimento et necessario, et eodem modo: si scis me ad paupertatem redactum, neque lucro et quaestu meo ad alimentum et necessaria sufficiente, furaturum esse tibique non obsecuturum, ne redde me pauperem. Atque id quidem, quia fieri potest, ut deus, quem sibi pauperem non obediturum sciat, eum egenum reddat et ut benefaciat ei, quem non obediturum et beneficia infitiaturum esse sciat. Neque iniuria haec fiunt, quia neque divitiae neque paupertas sunt causae inobedientiae, quippe quae exsistet ex arbitrio hominis. Nonne vides, revera esse homines vel divites vel pauperes, qui obediant deo? Neque fieri potest, ut deus de hac re audiat preces hominis; et si ei hostis sit, ne debet quidem fieri, sed fieri potest, si homo probus haec rogat. Et si quis dicat: Nonne vir ille sanctus ita dixit: *Et mihi dabit panem, quem edam* (Genes. 28, 20), ei respondebimus:

ليس قول יעקב عآلس يقتضى منع هذا الפסוק وانما حكم ונתן לי
לחם לאכל لانه يريد ان يقول וכל אשר תתן לי עשר אעשרנו לך واراد به
اىّ شى فضل عن القوت اخرجت عشرة لله الا[1]) ترى انه رزقه الله ذلك
المال العظيم وقال קטונתי מכל החסדים الخ[2]) ، قوله שתים שאלתי
מאתך لا يريد[3]) به شيءان (شيئين) وانما سأل مسألتين المسألة الاولى
שוא ודבר כזב הרחק ממני والثانية הטריפני לחם חקי وانما قال ראש
ועשר אל תתן לי لانه يريد ان يقول פן אשבע وتمام القول وقال عالم
اخر ان المسألة الاولى שוא ודבר כזב والثانية ראש ועשר[4]) وقال اخر
ان المسألة الاولى تجمع שוא ודבר כזב وראש ועשר والثانية הטריפני
לחם חקי ، وقال בטרם אמות لان المعول عليه هو الفعل الذى يموت
الانسان عليه[5]) وهو[6]) لانه لو كان طالح (طالحا) طول عمره وكان موته
قريبا[7]) عدرت كقوله והרשע כי ישוב وكذاك لانه (لو[8]) اطاع

1) אלי 2) sic scribendum duxi pro אלאך 3) ירד 4) ורש עשר
5) verba הו אלפעל אלדי ימות אלאנסאן עליה repetuntur in cod.
6) הו 7) קראב 8) Haec vox desideratur in cod.

Illud Iacobi haud necessario refutat hoc dictum, nam tantum edicit: *et mihi dabit panem, quem edam*, additurus: *et omnium, quae mihi dabis, decimam partem tibi solvam*, quod sibi vult: quod de alimento supererit, eius deo decimam partem reddam. Nonne vides, deum ei dedisse tantas res, ipsumque dicere: *Inferior sum omnibus his beneficiis* (Genes. 32, 11). Verbis *duo te rogo* non vult duas res, sed rogat duas preces, quarum altera est: *Mendacium et falsi locutionem a me removeas*, altera: *da mihi panem sufficientem.* Et *ne mihi paupertatem aut divitias tribue* dicit, quia additurus est: *ne satiatus etc.* Alius autem vir doctus alteram ait rogationem esse: *mendacium et falsi locutionem etc.* alteram: *paupertatem et divitias etc.*; et alius dicit, priorem continere: *mendacium et falsi locutionem* et *paupertatem et divitias*, alteram: *da mihi panem sufficientem.* Dicitque: *priusquam moriar*, quia id, in quo homo fiduciam ponit, actio illa est, in qua agenda moritur, ita quidem, ut si pravus fuerit per vitam et appropinquante morte [animum ad deum converterit] ei non noceant [facinora eius] [1]) secundum verba: *Et*

1) Haec verba, quae in codice desunt, uncis inclusa ob sensum loci inserui.

الله طول عمره الا انه فى اخر عمره كفر بالله هدر بذلك[1]) كل صلاح
ان فعله كقوله ובשוב צדיק فلذلك قال בטרם אמות‎، وقوله שוא ודבר
כזב يقصد به الى اصحاب المذاهب التى هى كذب ومحال فقال يا
رب ابعدهم عنى لئلا يفسدون (يفسدوا) اعتقادى علىّ وقال שוא ודבר
כזב فكرره لانه قصد الى مذهبين او الى قولين الاول هو مذهب
الدهرية[2]) ومن لحق بهم من المذاهب الردئة فى معنى التوحيد والاخر
فى معنى الامر والنهى من الشرائع وقال הרחק ממני بمعنى اشغلهم عنى
وهذا مشهور عن الاشرار يفقدون عوامّ الناس بمذاهبهم الردئة فقال
يا رب ابعدهم عنى حتى اشتغل بدينك، وقوله ראש ועשר قد بيّن فى
اخر القول ان الفقير هو الذى يجوع ويتعرّى فيحتاج الى ان يسرق
حتى يأكل شبعه ويكتفى بما يستر جلده فى البرد وان الموسر[3]) هو
الذى يتوفر عليه ماله واقبال عظيم من جنس ما قلناه فى قوله חכם

1) דלך 2) אלדהריה 3) אלמוסאר

---

improbus si mutatus erit etc. (Ezech. 28, 21); et eodem modo, si deo obsecutus fuerit per vitam, exeunte tamen vita deum negaverit, eo irrita fiant omnia, quae forte bene fecerit, secundum verba: *Et probus mutatus etc.* (Ezech. 28, 24); qua de causa dicit: *priusquam moriar*. Verba *mendacium et falsi locutionem* referuntur ad eos, qui religiones, quae sunt mendacium et dolus, sequuntur. Et dicit: domine retine eos a me, ne fidem meam corrumpant. Atque dicens *mendacium et falsi locutionem* duplici utitur voce, quia spectat duas sectas aut duas sententias, quarum altera est sententia materialistarum et aliorum, qui similiter prave iudicant de unitate dei, et altera sententia de iis, quae in lege aut praecepta aut vetita sunt. Et dicit: *removeas a me*, id est: fac, ut me non curent; nam notum est, malos insectari vulgus pravis suis opinionibus; ideo dicit: *domine retineas eos a me*, ut non nisi legi tuae studeam. *Paupertatem aut divitias*. Declaratum est iis, quae sequuntur pauperem esse eum, qui fame laboret et nudus sit, ita ut necesse sit furetur, ut satiaretur et haberet, quo cutem per frigus tegeret; et divitem eum esse, cui opes multiplicentur et fortuna magna,

בעיניו איש עשיר، وقال הטריפני לחם חקי واراد به رسم الشبع كان
من قسم الجوع لا محالة وليس يريد به ان يرزقه بما ياكله وحده
وانما قصد به مثل ما قصد به יעקב ع آلس الذى[1]) جمع فيه قوته[2])
وقوت عياله وعبيده وكل من يلوذ به وكل من يلزمه القيام[3]) بهم، ثم
قال פן אשבע וכחשתי[4]) يعنى اجحد انعامك وانك الرازق واقول علمى
وحذقى اوصلنى الى هذا اليسار وقد منع الله الانسان ان يقول כחי
ועצם ידי עשה وقال יי׳ מוריש ומעשיר وقوله מי יי׳ يعنى ايش لله فى
هذا وانما هو بحر ضوء فقط، ותפשתי שם אלהי ولم يقل ונשבעתי
يريد به احلف انه لا يجىء من المطالبة وقال ותפשתי لمعنى وهو انه
اراد به انا تعلقت[5]) باسم الله لم[6]) يبق للخصم علىّ مطالبة وذلك
لانى انا سرقت واقررت[7]) بذلك يطالبنى بحق السرقة ضعفين وان لم

1) אלתי 2) קותה 3) אלקאים 4) וכחשתי 5) אתעלקת
6) לם 7) וקררת

---

eius modi, quem memoravimus verbis: *Sapiens est suis oculis vir dives* (Prov. 28, 11). Verbis: *da mihi panem modi mei* vult modum satietatis . . . . [1]). Neque vult, ut sibi solum quod edat det, sed spectat id, quod etiam Iacobus spectat, qui eo comprehendit alimentum ipsius et domesticorum et servorum et omnium, qui in ipsius tutela sunt, et omnium, quorum cura ipsi demandata est. Tum dicit: *Ne satiatus infitier*, quod sibi vult: Infitier tua beneficia et te esse datorem et dicam meam scientiam et meum ingenium mihi has divitias comparasse. Deus autem hominem vetuit dicere: *Mea vis et robur meae manus effecit etc.* [2]) (Deut. 8, 17) et dixit: *Deus pauperem reddit et divitem* (I Sam. 2, 7). Verba: *quis est deus?* significant: *quid* dei haec intersunt? is nil nisi mare lucis est. *Et me fulciam nomine dei.* Non dicit *et iurem*, quamquam sententia est: Iurem, quia tum nil fieri potest ad rationem repetendam. Et dicit ותפשתי certo quodam sensu, nempe hoc: Si iurando innitar dei nomini, adversario occasio non erit a me rationem repetendi, quia si furatus et confessus sim, ille a me ex lege, quae de furto est, poscere possit, ut dupliciter reddam et, si mihi

1) Verba vix sana sunt et deesse aliquid videtur.

2) Hanc sententiam etiam R. Isaac Euchel in commentario suo hoc loco affert.

يكن لي ما ادفعه اليه يبيعني ليستوفي مني[1]) كقوله אם אין לו ונמכר
בגנבתו ودل قوله ותפשתי שם אלהי على انه اذا سرق يحلف[2]) ويتعدى
لعله يبرؤ من مطالبة الناس[3])، وحسن ذكر هذا الפסוק بعقب כל
אמרת אלוה צרופה وتمام الفصل لانه يسأل الله ان يعينه في هذا
الدار على طاعته ليفوز بالثواب ويتخلص من العقوبة،

10 اياك ان تضارب بين العبد ومولاه[4]) لئلا[5]) يسبك ومع ذلك فانك تاثم،

11 جيل يلعن اباه[6]) ولا يبارك[7]) امه،

12 جيل طاهر عند نفسه ومن قذارته[8]) لا يغتسل،

13 جيل ما ذا ارتفعت عيونه[9]) وتسانت[10]) جفونه[11])،

14 جيل مثل السيوف اسنانه ومثل السكاكين[12]) انيابه ليأكل الاشقياء من
الارض والبائسين من الناس،

1) מע 2) יאלף 3) אלכאם 4) ודולאה 5) לאלה 6) אביה
7) יברך 8) קדארתה 9) עינה 10) ותסאנאת 11) נפסה 12) אלסאכנין

---

non sint, quae ei solvam, me vendat, ut ei a me satisfiat, secundum verba: *Si nihil habet, vendatur propter furtum* (Exod. 22, 2). Et verba *et me fulciam nomine dei* indicant, eum, si furtum commiserit, iuraturum et improbe acturum esse, ut fortasse liberetur a poena hominum [1]). Bene autem memoratur hic versus post: *Omnia dei dicta liquata sunt etc.*, quia deum rogat, ut se adiuvet in terra ad ei obediendum, ut particeps fiat praemii et liberetur a poena.

10) *Cave ne rixam moveas inter servum eiusque dominum, ne tibi convicia faciat; nam ita fiet, ut pecces.* 11) *Genus, quod patri maledicit et matri non benedicit.* 12) *Genus, quod sibi ipsi purum videtur, sed sordes suas non abluit.* 13) *Genus, cuius oculi quam alti, cuius palpebrae quam elatae sunt!* 14) *Genus, cuius dentes tamquam enses, cuius canini tamquam cultri sunt, ut comedat infelices a terra et miseros ex hominibus.*

